



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Sacrорvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis, Et Breviarii Romani.**

In quibus origo cuiusque Ritus, causae historicae, vel mysticae, ex maiorum ingenio, Theoria, Praxis, obligatio, & exquisitus vsus, additis opportune Decretis omnibus S. Rituum Congreg. quàm breuissimè explicantur.

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1647**

De Ordine diuini Officij. 8.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9521**

num.1. Neque possunt alios sibi substi-  
tuere, *ibidem punct.4. num.1.* nisi con-  
suetudo legitima, vel priuilegium adsit,  
ait *Moneta noster de distrib. p.2. quæst. 14.*  
*num.20. & 42.* An teneantur adesse in  
habitu Canonicali, *Vide Moneta*  
*ibid. quæst. 19. ad finem.*

4 Fieri etiam potest, ut consuetudine  
immemorabili, vel sufficienter prescri-  
pta Canonici, quorū fructus sunt tenues,  
non teneantur quotidie ad Chorum. *Bo-  
nac. disp. 1. quæst. 2 punct. 5. num. 14.*

5 Episcopi per se loquendo non sunt  
addicti Choro. *Bonac. ibid. n.9.*

6 Parochi de iure antiquo tenebantur,  
nunc minimè ad publicam recitationem  
Officij in Ecclesia, & hoc de consuetu-  
dine ferè vniuersali, & communiter re-  
cepta, exceptis Vesperis in diebus festis,  
*ex Suar. & Bonac. loco supra cu. n.12.*

7 Multò minus Cappellani teneantur ad  
Chorum, quibus ex fundatione non in-  
cumbit hæc cura. *Bonac. num. 13.*

8 Regulares addicti Choro non tene-  
ntur ad Chorum, nisi ex vi regulae, & ideo  
non sub peccato mortali. *Catec. V. Hora  
Canon. & Bonac. loco cit. q.2. punct. 2. n.8.*

#### De ordine diuini Officij. Tit. 8.

1 **Q** Vi sine iusta causa peruerit or-  
dinem Horarum, peccat venia-  
liter; iusta vero causa est, obliuio; inad-  
uertentia, ut Chorus iuuerit, vel aliis, ad  
dicendum Officium. *Azor. cap. 10. q. 1.*  
*ex Nauarr. cap. 3. n. 65.*

2 Peruersio eiusdem horæ, secluso  
contemptu, & scandalo, ex iusta causa  
excusari potest ab omni peccato. *Bonac.  
disp. 1. q. 3. punct. 4. n. 5.*

3 Grauior autem erit culpa, si in Cho-  
ro perueritur ordo. *Suar. lib. 4. cap. 11.  
n. 10. & alij.* qui putant esse ex suo ge-  
nere culpam lethalem, negat *Bonac.*  
*ibid. n. 5.*

#### De interruptione diuini Officij.

*Tit. 9.*

1 **Q** Vi diuidit Maturinum à Laudi-  
bus, nocte tota interposita, non

peccat. *DD. apud Bonac. disp. 1. q. 3. punct.*  
*3. n. 11.* Azor. vult esse veniale sine causa;  
*cap. 8. q. 4.*

2 Qui diuidit nocturnum à nocturno  
per horam unam, plurescum cum iusta  
causa, non ultra tres horas, non peccat.  
*DD. apud Bonac. n. 13. contra Azorium lo-  
co citato.*

3 Qui diuidit Horam parvam, vel  
Psalmum ex causa, non peccat. *Azor. q. 5.*

4 Interruptio ad longum temporis spa-  
tium probabilius obligat ad repetitionem.  
*Nauarr. cap. 16. num. 7. 5.* Ad breue tem-  
pus, etiam ad locum, vanosq; sermones,  
non obligat. *Nauarr. num. 75. & cap. 10.  
num. 42. & cap. 16. num. 66.* At in utroque  
casu non esse repetendum, docet cum  
alij *Bonac. sup. punct. 2. §. 1. num. 28.* Pec-  
cari saltem venialiter, sine iusta causa, est  
dicendum. *num. 30.*

5 Qui interrumpit animo continuandi,  
ut aliud agat, non tenetur repetere  
immo nec ille, qui animo repetendi, &  
postea non repetit. communiter. *DD.  
apud Bonac. n. 31. contra Nauar. & Azor.*

#### De penitentia circa diuinum Officium.

*Cap. V I.*

1 **B**eneficiarij habentes onus recitan-  
di diuinum Officium titulo bene-  
ficij tenentur etiam ante iudicis senten-  
tiā ad restitutionem fructuum pro rata  
omissionis Officij, si, el aplis sex mēsibus,  
post obtentam beneficij possessionem,  
officium culpabiliter non recitauerint,  
etiamsi alio die pensum prætermissum  
supplere conentur, nisi forte pars omis-  
sa sit leuis. *Bonac. explicat.* & probat sin-  
gulas huius axiomatis partes, *disp. 1. qu. 5.  
punct. 2. toto.*

2 Rata omissionis, & restitutionis est,  
ex Pij V. Bulla, ut pro toto Officio unius,  
vel plurium dierum restituantur fructus  
beneficij, seu beneficiorum, qui illi, seu  
illis diebus responderent, si quotidie di-  
uidarentur pro Matutino dimidiā par-  
tem fructuum: pro cæteris horis simul  
aliam dimidiā: pro unaquaque hora  
sextam partem unius diei restituantur.

3 Qui